





*dem  
sed  
III.  
tatio-  
VN-*

*cur-  
mi-  
mod  
E C-  
nica  
ret.  
qua-  
enta  
in-  
um*

25

**DE  
PRAESCRIP TIONE  
MVTVI. CHIROGRAPHARII**

*586  
1769*

---

DISSERTATIONEM ACADEMICAM  
VI. CONSTITUTIONIS  
**D. FRIDERICI**  
EDITAM

---

DEFENDENT

**D. GVILIELM. GADENDAM**  
I. V. ET PH. D. P. P. O.

ET  
**OTTO. FLOR. KILIENSIS**  
IVR. CAND,  
AD. D. XXV. NOV. CIOCCCLXIX.

---

K I L I A E  
LITTERIS VIDVAE E. GOTTFR. BARTSCHII  
ACADEM. TYPOGR.

PRAECHRISTONI

THEOLOGIA CHRISTIANA

INSTITUTIO ACADAM

EDITIONIS

PROTYPUS

EDITIONIS

MICHIGAN LIBRARY OF

EDITIONIS



DE PRAESCRIPTIONE  
MVTVI CHIROGRAPHARII.

§. I.

*Praescriptio an iure naturae nitatur.*

**I**ntegram praescriptionis materiam in praesenti pertractare, non est animus, quam ob rem consilio praetermittimus quaestionem: an eius in legibus naturae ratio reperiatur, aut mero hominum arbitrio illa inuecta sit? (a) Paucissimis verbis indicasse sufficiat sententiam nostram, quae eo redit: ius naturae in primis principiis, & incunabulis quasi suis, scilicet, in statu singulorum aequalium, non sociorum, praescriptionem ignorare; idem vero dictamen rectae rationis, seu idem ius naturae, pro diuersa hominum conditione, alia praecepit admittere. Quae igitur ab initio exyl & ignota

A 2

fuit,

fuit, post ea, vſu exigente, recepta, & necessitate quadam stabilita est cum vſucapione praeſcriptio, ita, vt ab arbitrio humano illius modus cum tempore pendeat.

(a) conſer. L. F. LANGEMACK philoſophiſche Abhandlung von der Verjähnung. Ceterum adſir-mantium, praeſcriptionem iure nat. inniti, magnus eſt numerus, neque minor auſtoritas, uti GROTIUS, PUFENDORFII, WOLFII, KOEHLERI, &c. a quibus viri, aequi illiſtres & nomine & doctrina, diſcedunt, SAM. A COCEII, HEIN. NECCIUS, GLAFEY, aliique complures.

### §. II.

*Dominium rei noſtræ amittere videmur inuiti.*

Quemadmodum nolentes non adquirimus dominium rei alienæ, ita neque rei noſtræ dominium iure amittimus inuiti. Praeſcriptione autem, ſeu vſucapione potius, ſi adcurate loqui volumus, res, quae in dominio alterius olim & adhuc fuit, iam cedit propria poſſidenti, adeo, vt ab ea eiusque vſu pri-ſinus dominus plane excludatur, etiamſi iſis conſenſum non de-clarauerit. Repugnare illud viderur regulae, ſi quidem error cauſam iuriſ inuertere nequit; errat autem, qui rem alienam pro ſua habet; neque tempus in ſe rei naturam aut conditio-nem mutat, (b) poſſeſſio denique, ab initio deſtituta, neque temporis progreſſu conſirmata iuriſ titulo, laſpu termini ius nouum in ſe non efficit. Ita ſane eſt, ſi conditiones, legitima-iae vſucapioni adpoſitas, ſingulatim perpendimus, vt, ex-eptionem a regula concedere, paene cogamur.

(b) conſer. jo. STRAVCHII Diſſert. de tempore Cap. II.

### §. III.

*Vſucapioniſ fundamentum.*

Verum enim vero ad varios circumſpectus alligata, tan-tisque

tisque cautionibus quasi circumscripta est vsucapio, ut vix, ac ne vix quidem, dici possit, eius ope rem suam iniuto extorqueri, sed maxime verosimile videatur, illam cedi a consente, postquam omne ius, quod ipse in ea ante habuit, longi temporis taciturnitate transtulit in possessorem. Alias vsucapiendi patientia non poterat vocari alienatio; quippe que ab ignorantе aut contradicente fieri nequit. Vix est, inquit PAVLVS, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. (c) Lex igitur ciuilis vsucaptionis fundamentum ponit in scientia & consensu vnius, & in alterius facto, propositum suum exprimente. Quae cum ratione naturali habeant vim iuris transfrendi; vsucapio a iure naturae haud aliena, multo minus illi contraria, viderur.

(c) L. 28. de V. S.

#### §. IIII.

*Bona fide nisi debet.*

Quod ad vsucaptionem longi temporis attinet, magnum & insigne momentum constituit bona fides, vt ea legitime procedat. Ius naturae in adquirendo rerum dominio ab omni fraude abhorret, ius ciuale pariter opinionem non simulatam adquirentis ab initio exigit, canonicum autem bonam fidem toto temporis intervallo requirit. Vulgo putant, vsucaptionem cum praescriptione a IVSTINIANO plane confusam, omnique discrimen inter vtramque sublatum esse per L. un. C. de vsucap. transform.; idcirco in omni praescriptione bonam fidem non minus, quam in vsucapione, postulant, &, si forte pontifici romano auctoritatem corrigendi leges ciuiles tribuunt, bonam fidem integro XXX. annorum spatio, quo praescriptio compleatur, necessariam praedicanter.

A 3

§. V.

*An omne discrimen usucaptionis & praescript. sublatum sit.*

Sublatum sit discrimen usucaptionis & praescriptionis quod ad effectum, regiones & tempora, per L. cit. C. de usuc. transf., adeo, ut vroque vocabulo indistincte & promiscue uti possumus, aut, altero expresso, simul denotemus alterum; (d) superest tamen adhuc differentia, qua diuersam vriusque naturam non possumus non intelligere. Etenim usu loquendi vulgo non capitur id, quod tangi & possideri nequit. Si igitur propriam significationem verbis tribuere velimus, usucapio ad eas res in primis accommodatur, quas diuturna possessione adquisiuimus, eaque ratione unam tantum modo speciem praescriptionis indicat; contra haec sub se comprehendit tam ea, quae possidentur, quam reliqua, quorum non datur possessio, vbi quidem de priuatione iuris, quod alter olim habuit, praeceps agitur,

(d) L. 8. pr. C. de prascr. 30. vel 40. an.

*Bona fides in usucacione ab utraque parte desideratur.*

Usucapione dominia rerum traditarum, & bona fide adquisitarum, transferuntur. (e) Quam autem bonam fidem leges in accipiente necessario desiderant, eamdem in illo, contra quem usucapitur, non minus supponunt. Hic taciturnitate sua malae fidei aequre reus fieri, reique suae letitura multari optimo iure potest. Negligentiam, eiusque poenam, vulgo obtundunt; ast in ea parum praesidii collocatum esse putamus; fraus, deliberato silentio commissa, multo magis coerceri videtur. Qui rem suam, quam reuocare poterat, modo alienari,

nari, siue alienatam iam esse, comperit, neque tamen alienationi contradicit propter ea, quod aedes forte ruinam minantes refectum, sterilem agrum melius cultum, remque omnem auctum iri, praeuidet, post ea vero quam ex voto ea gesta & perfecta sunt XXX. annis, iure dominii omnia vindicare satagit, ille bona fide sane non virtutur. Ceterum magna difficultate implicata esse solet probatio fraudis & malae fidei post tantum temporis spatium, quam ob rem, omissa illius mentione, scientia & taciturnitas pristini domini in se sola sufficit, ut lapsu tempore rei possessae transferatur dominium. (f)

(e) L. 20. C. de pact. L. 8. §. I (f) Nou. CXIX. c. VII. Authent.  
C. de praescript. 30. vel 40. ann. malae fidei. C. de praescr. longi t.

### §. VII.

*Praescriptio in adquisitiuam & extinctiuam distinguitur.*

Haec quidem obiter de usucapione, seu praescriptione, quam *adquisitiuam* vocant, quia per possessionis, bona fide adprehensae, continuationem dominium rei adquiritur. Superest alterum genus praescriptionis, quae *extinctiua* audit: ea ius agendi perimitur, ipsaque actio, intra praesinitum tempus non mota, plane excluditur. Ut ambages eiremus, id genus actionum statim appellabimus, ad quod nostrae disputationis argumentum referendum est. Personales nimirum sunt, quibus condicio certi ex mutuo adnumeratur. Eas olim, ad aetatem usque Constantii, Imperatoris, neque XXX. neque XXXX. annorum spatio circumscriptas suisse, concedimus quidem, (g) at propter ea tamen non mouemur, ut statuamus, longissimi temporis praescriptionem, ad actiones personales accommodatam, moribus gentium repugnare. Vicumque sit,

sit, nobis inter ea sufficit, illam a THEODOSIO II. introduc tam, (h) a IVSTINIANO autem repetitam, (i) iterumque confirmatam esse. (k)

- (g) Clare hoc indicat L. 2. C. (i) L. 3. C. de praefcr. XXX. vel Theod. de longi temp. praefcript. XXXX. ann.
- (h) L. un. C. Theod. de action, (k) L. 1. §. 1. C. de ann. except, certo temp. fin. ital. contr. toll.

### §. VIII.

#### *Ratio termini XXX. annorum,*

Terminum XXX. annorum legislatoribus fato quodam, aut mero casu, in mentem incidisse, verosimile non est; cum numeri, deliberato proposito rebus adiecti, plerumque reddi possit ratio. Orbem aeratis eo spatio includi, quia natura humana XXX. annis a sementi ad sementem reueritur, CENSORINVS obseruat, eiusque rei testes adducit Heraclitum atque Zenonem. (l) Idcirco XXX. annorum spatium aevum seu aetatem passim adpellari, complures arbitrati sunt. (m) Quin SERVIVS ad Virgilium, dicta, inquit, sunt saecula etiam in uno homine, secundum eos, qui dicunt, *sacculum XXX. annos* habere. (n) Eiusmodi saeculum olim Galliarum incolis vnu venisse, PLINIVS refert, (o) neque absurdum videtur, si statuimus, priscos Germanos, a Gallorum moribus parum abhorrentes, aequale saeculi spatium habuisse. Quod attinet ad orbem aeratis, quem Censorinus vocat, in eo conuenient & conspirant quasi omnes, qui regulam vicissitudinis, ad quam genus humanum perpetuo conuertitur, exactius obseruarunt, scilicet, absoluto decursu XXX. annorum, nouum fere hominum genus vbique oriri, atque adeo C. annis personas plane alias in scenam ter prodire. (p)

(l) de

- (l) de die natali cap. XVII.  
 (m) HORATIVS Carm. II. ode  
 IX. v. 13. CICERO de Senect. c. X.  
 vbi tercia aetas Nestoris ad LXXX. refertur maiori probabilitate, quam  
 ad CCC. annos. Conf. praeter Scho-  
 liasten Homeri HENR. LINDEN-  
 BROG. ad Censorinum l. 4.
- (n) Aeneid. Lib. VIII. v. 508.  
 Sed mili tarda &c.  
 (o) Histor. natur. L. XVI. Sect.  
 XCV. ed. Hard.  
 (p) Süßmilch götl. Ordnung  
 in den Veränderungen des  
 menschl. Geschl. II. Th. §. 406.

## §. VIII.

*In ea mores gentium quarumdam conspirant.*

His argumentis facile perspicitur, terminum XXX. annorum actionibus forensibus extinguaeis haud fortuito, nec sine ratione, praestitutum esse. Quare id, quod vicissitudini generationum, ipsiusque naturae humanae circulo, apte responderet, iuri naturali, ad societatem ciuilem accommodato, eo minus contrarium videri poterat, quo minus aliae etiam gentes, praeter romanam, illam praescriptionem aut receperunt libenter, aut lege expressa olim stabiliuerunt. Evidem non contradicimus CHRIST. THOMASIO, statuenti, (q) Visigothorum legem, de hac re latam, aemulam iuris romani videri, (r) etiamsi Receswindus, rex, tricennalem transcursum temporum veluti ex ipsa rerum natura processisse, dicat; at principia tamen iuris romani in decreto Childeberti, regis Francorum, superesse, vix opinamur, vbi, *de reliquis, inquit, conditionibus omnes omnino causas tricennaria lex excludit.* (s) Praeter ea articulum XXVIII. L. I. iuris prouincie saxonie e legibus romanorum promanasse, haud adparet, quin potius eius rationem contineri, putamus, in more antiquo computandi saecula, Gallis Germanisque consueto.

B

(q) Dill.

(q) Dissert. de perpetuitate de-

bitorum pecuniar. §. XXVII.

(r) Cod. LL. Visigoth, L. X. Tit. II. cap. IV.

(s) Decret. de anno DXCV. cir-

citer, §. III. apud. GEORGISCH. pag.

474.

## §. X.

*An mutuum singulari iure contra praescriptionem munitum sit.*

Quae cum ita se habeant, & in reliquis quidem iuribus, quae praescriptione intercidunt, res fere expedita sit; dispiciamus praecipue, an mutui chirographarii ea sit natura, ut praescriptionem non metuat, sed illam potius omni tempore plane excludat? Idem ponimus fundamentum praescriptionis extinctiuae, quod ad usucaptionem antea §. III. accommodauimus, nimurum, scientiam, & propositum, intermissione diuturna demonstratum. Praescribendo nolumus de novo adquirere rem alienam, idcirco singulari facto opus non est, eoque extinctiua facilius perficitur, quam altera. Grauiter olim contradixerat THOMASIVS (t) praesumptioni derelicti debiti pecuniarii, eamque literarum & instrumentorum possessione elidi putabat. Rem esse altioris indaginis, GVNDLINGIVS fatetur, (u) verum tamen, probabilitatem remissionis debiti adstruere nititur, argumentis haud inanibus, etiam si illis auctoritatem legum ciuilium non admisceat.

(t) cit. dissertat. §. XVI. f.

(u) Jus Nat. &amp; G. cap. XX. §. LXIII.

## §. XI.

*Iure naturae certo definiri nequit.*

Iure naturae circa eam rem certum aliquid definiri, non arbitramur. Iniquum videtur, obiicere derelictionem ei, qui animum derelinquendi forte non habuit. Nihilo minus, recte monen-

monente GVDLINGIO, illud dubii & quaestione remanet,  
quare tanta temporis intercedene instrumenta non produxerit, qua-  
re longissimi temporis intervallo nec monuerit, neque vnum numum  
exegerit? Mala fide vt posse, & saepius fortasse vsos esse prio-  
res dominos, contra quos vsucaptum, propter eaque rerum  
iauctura merito mulctatos, supra §. VI. monstrauius. Idem  
enunire posse in materia praescriptionis extinctiuæ, nemo in-  
ficias ibit; vbi creditor, cui satisfactum, aut negligentia debi-  
toris soluentis, aut callida simulatione, chirographum retinuit;  
vbi compensationem, aut rationes dispungendas, metuendo,  
tamdiu interpellare distulit, donec ii, quibus exacta erat om-  
nium notitia, morte occubuerant, vt alia astutiae exempla  
praetereramus, quorum longa series enumeranda foret. Quod-  
si eas, & pares causas, exceperis, rario sine dubio obueniet  
creditorum benignitas & indulgentia. Ceterum actus & nego-  
tia humana, atque hominum natura, etiam in hoc exemplo, vbi re-  
petendi voluntas non adparet clarius, derelictionis (malim dicere re-  
missionis) vero simillimam conjecturam suppeditare videntur. (x)

(x) GVDNL. c. l.

### §. XII.

*Iure autem ciuili negatur.*

Coniecturæ, licet maxime verosimiles, certam & omni-  
bus causis aequæ congruam decidendi rationem non suppeditan-  
t; qua tamen opus est praecipue, vt controversiae plane  
dirimantur, nec querelæ iniquitatis locus relinquatur, vbi de  
præsumptionis evidentia aut obscuritate partes disceptant. Ci-  
uitas igitur necessario tempus in usucapione determinare de-  
buit, quo peracto, dominium transfiret. Pari ratione fines  
præstituere debuit actionibus personalibus, vt intra eos salua  
fuerit

esset persecutio iuris sui, post ea vero remissio illius semper praesumatur, ipsumque ius plane abolitum & extinetum censatur. Regula est: *iubemus omnes personales actiones . . . tringinta annorum spatiis concludi.* Nemo itaque audeat, . . . cuiuscumque personalis actionis vitam longiorem esse XXX. annis, interpretari. (y) Propria, dilucida, & breuiter comprehensa verbis enuntiatio de omnibus & quibuscumque actionibus personalibus exceptionem plane non patitur, nisi illam aut lex praeceps suggerit, aut ratio legis manifeste demonstrat. Alterius exemplum est *sola hypothecaria*, quippe quae expresse adponitur, xxx. anno. rum spatio non interitura.

(y) L. I. §. I. C. de annali except. ital. &c.

### §. XIII.

*Chirographum romanum cum nostro comparatur.*

Prius autem, quam ad rationes speciales progredimur, quibus praescriptio conditionis ex chirographo impediri videtur, respondentum est iis, qui sibi forte persuadent, legem tricennalem iniuria, & calumnia quasi, accommodari & extendi a nobis ad ea, quae legislatori in mentem neque venerunt, neque incidere poterant in animum, propter ea quod chirographi apud Romanos longe alia conditio fuerit, quam hodie moribus nostris ea esse solet, atque adeo a diversis ad alia non procedere argumentationem; quin Justinianum, cum naturam nostri chirographi penitus ignorauerit, exceptionem eiusmodi conditionis a lege tricennali deliberato proposito minime omisisse, sed potius non potuisse cogitare. Non desituitur omni veritate speciosa oratio, si prolixam dictionem, cautionum formulas, & ingentem renuntiationum aceruum consi-

consideres, quorum omnium maior pars ab imperitis cumulari hodie vulgo solet. Contra ea, quod obiicitur, totum corruit, vbi naturam, efficacitatem & usum chirographi antiqui cum nostro comparaueris. Generatim illud esse dicitur cautio priuata, ab aliquo scripta aut subscripta; ad materiam mutui relatum speciatim est libellus, quo quis, se debere alteri pecuniam, fatetur. (z) Chirographarium igitur debitum adpellatur id, vbi omnis securitas sola debitoris scriptura nititur, (a) cuius exhibitione mutuum datum probatur, (b) solutione autem facta, instrumentum inane redditur. (c) Sane quam ea omnia cum chirographis, quibus hodie utimur, apte conueniunt: quam ob rem legislator conditionem ex chirographo non cogitare non poterat, neque obliuisci debebat, si eam praescriptione obnoxiam esse noluisse.

(z) MOTOMAN. Commentar. (b) GELLIVS N. A. Lib. XIII.  
de verbis iuris. c. II.  
(a) L. vn. C. etiam ob chiro- (c) L. 19. C. de solut. & liber.  
graph pecun.

#### §. XIV.

*Scriptura priuata legem infirmare nequit.*

Vt mutui chirographarii perpetuitatem adserant, arguere porro solet perpetuam eius probationem, nomine debitoris subscripto, & adposito sigillo, munitam. Magni ponderis foret hoc argumentum, si praecriptio vim suam effectumque omnem ex defectu probationis nanciseretur, id quod neminem facile adfirmaturum esse, putamus. Erenim societas in iri poterat, singulis conditionibus, probationis futurae causa, in scripturam redactis, eadem poterat dissolvi, nondum redditis ab altero rationibus, neque lucro communicato, idque ipsum debitoris confessione adscripta firmari; num vero propter

B 3

ea

ea post XXX. annos locus dabitur actioni pro socio? aut exceptio totam actionem destruat, necesse est, aut lex plane inanis euadit, etiam si huius debiti probatio aequae perpetua fuerit, quam alterius, quod mutui datione contractum. Quamdiu creditor, inquit THOMASIVS, (d) chirographum debitoris detinet, tamdiu parata habet remedia probandi ius suum, idque non censeretur dereliquisse. Eadem plane ratio est socii, cui nondum satisfactum, detinentis tabulas rationum societas, cum confessione alterius, quod lucrum non communicauerit, quia rationes non distraxit; nihilominus lex illi actionem pro socio expressè denegat, omne ius, quod sim forasse habuit, lapsu temporis extinguedo.

(d) cit. disserr. §. XVIII.

### §. XV.

*Lex praescriptionis in societate ciuili necessaria est.*

Recte quidem obiciuntur contraria omnia, vbi liberum est vnicuique arbitrium, de iure suo statuendi, quod sibi maxime commodum videtur. Idcirco aurem legem ciuilem, eiusque usum, iniuritatis accusare, temerarium foret. Infinitum sane exspectandum erat certamen ingeniorum, in diuersa abundantium, si cuilibet liceret, iuris sui rationem terminosque proprio iudicio definire. Non societas, multo minus ciuitas vlla, staret, tali libertate integra. Quam ob rem non solum aequa, sed necessaria etiam erat eiusmodi circumscriptio, qua ciuum contentioni terminus poneretur. Verum certus terminus non est, qui infidiis forensibus facile rumpitur. Itaque regulam, ut omnis actio personalis XXX. annis non mota, neque ullo modo reservata, post ea penitus extinguatur, nefas est infringere, paratae probationis specie;

cie; quandoquidem ea, quae antea fuit, vis & efficacitas probationis, iam interiit, nec quidquam magis certum hac ratione redditur, quam ius fuisse olim, debitum exigendi, minime vero, idem ius in praesenti superesse. (e)

(e) GYNDLING. I. N. & G. Cap. XX. §. LXIII.

### §. XVI.

*An ius canon. praeferendum sit iuri ciuili.*

Ad praescriptionem personalium actionum iure ciuili bonam fidem praeceps non requiri, sed solum temporis lapsum sufficere, expeditum est. An eadem ratio probetur iure canonico, JCTi disceptant. Indicem eorum, qui bonam fidem postulant, aut non exigunt, satis amplum exhibet DE WERNHER, (f) quibus utrimque plures addi possent, si singulorum opiniones conquirere operae pretium videretur. Negantibus praeter SAMVEL. DECOCEII<sup>(\*)</sup> adscribimus IVST. HENNING. BOEHMERVM; (g) adffirmantibus subiungimus FRID. ESA. PVFENDORFIVM. (h) Auctoritate igitur, qua veritas quidem generatim non firmatur, in diuersas partes inclinanre, excutiendae sunt rationes prolatae. *Ius canonicum in iis, quae ad honestatem & actionum restitudinem naturalem respiciunt, merito sequendum, & iuri ciuili in foro praeferendum esse,* (i) concedimus: arramen bonam fidem, necessariam scilicet ad extingendas actiones personales, speciatim eas, vbi debitor alienum non possidet, ab honestate & recte factorum conscientia abesse, negamus; ipsumque pontificium ius aliam bonam fidem in illis non exigere, persuasum habemus. Sane quam maxime diuersa sunt alienum possidere aut non possidere, habere id, quod alte-

*terius est aut tenere suum; subuertere dominium alterius aut dissoluere obligationem propriam.*

(f) Tomo I. Obseru. CLXXXIII. (g) Iur. eccl. prot. L. II. Tit. n. 5. 6.

(\*) Iur. ciu. controu. Lib. XLI. (h) Obseruat. iur. uniuersi. To-  
Tit. III. mo I. O. CXV.

(i) PVFENDORE. I. cit. §. I.

### §. XVII.

*Debitor mutui, qua talis, in mala fide non est iure ciuili, nec iure canon.*

Si bona fides consistit in ignorantia, rem esse alienam: (k)  
aut haec bonae fidei appellatio ad illum, qui mutuum accepit,  
admodum plane nequit, aut in optima fide versatur: ere-  
nim non putat, non credit, sed certo scit, mutuum acceptum  
esse suam pecuniam. Itaque omnis, quae ad praescribendum  
requiritur, bona fides supponit eum casum, quo quis detinet  
rem alterius, quam alter suam esse contendit. (l) Ipsum ius  
canonicum, in quo aduersarii omne praesidium collocant, ci-  
uile in hac materia minime corrigit, (si quidem omnis cor-  
rectio rationem manifestam & luculentam supponit) sed cum  
eo potius consentit; oportet, verba sunt, vt, qui praescribit,  
in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienac. (m) Haec  
autem in mutuo dato plane non adest, ideoque bonae fidei  
initium iure canonico in dubium vocari nequit. Moram, si  
quae in restituendo debito post ea forte facta fuerit, repugna-  
re quidem dicunt bonae fidei, cum is, qui obligationi suae  
satisfacere detrectat, fidem violare videatur, inque eo mala  
fide vti. Verum tamen ipsa mora naturam rei non mutat,  
quippe quae in se sola de meo alienum efficere nequit. Si igi-  
tur vel malam fidem ex eo statim argueres, saltem non cade-  
ret

ret in conscientiam rei alienae, iniuria possessae; propterea autem talis non foret, qua praescriptio impeditur. (mm) Praeter ea is, qui solutionem promissam aliquandiu differt, propter ea statim neque doli reus, nec, nisi interpellatus fuerit, in mora est, (n) scilicet, ut mora ipsi imputari possit, etenim debitor, etiamsi dies cesserit & venerit, creditorem cum facto statim adire non debet, (\*) id quod ad debitorem pensationum publicarum aequae refertur, adeo, ut tum demum solutione cessare dicatur, si debitor ante conuentus, & apud iudicem interpellatio celebrata est. (o) Neque aliud quidquam hac in re ius canonicum ordinat; quandoquidem casus, quo emphyteuta fundi ecclesiastici, cessando in solutione canonis per biennium, iuste expellitur, *non obstante, quod ei, ut canonem solvet, non extitit nunciatum,* (p) ad exceptionem pertinet; quare iuris canonici glossa hoc caput e L. 12. C. de contr. & committ. stipul. illustrat, vbi dispositio aequae specialis reperitur, inconcussa alias legis generalis firmitate, (q)

(k) DE LEYSER ad Pand. Spec. CCCCLV. med. 4. & 7.

(l) L. 109. de V. S.

(m) c. ult. X. de praescript.

(mm) Malam fidem praescriptioni contraria, oportet esse positivam & veram, non fictam. CO-  
VARRVV. de R. I. Parte II. ad §. IX. n. 7. ficta autem sine dubio ea est, quae ex sola mora concluditur, nisi militia aliunde adparerit.

(n) L. 127. D. de V. O. L. 88.  
de R. I. BOEHMER, I. E. P. L. II.

Tit. XXVI. §. LVII.

(\*) L. 105. D. de solut.

(o) L. ult. C. Si propter publ. penstar.

(p) c. 4. X. de locato & cond.

(q) DE COCCOI Iur. ciui, controu. L. XLI. Tit. III. Qu. XXX. n. VI.

### §. XVIII.

*An praescriptio mutui iuri gentium aduersetur.*

Ipse THOMASIVS, etiamsi statuerit, debita pecuniaria

C

praec-

praescriptione non extingui, quin creditor ius exigiendi firmum & perpetuum omni tempore superesse, falsam peruersamque ratiocinationem ingenue fatetur eorum, qui bonae aut malae fidei possessionem ad debitores pecuniae accommodare, propter eaque ius ciuale, quod ad praescriptionem extinctuam attinet, correctum esse iure canonico, contendunt. (r) At enim vero is iuri canonico statim subiungit iura pristina gentium, & antiqua Germaniae, quasi ICti Germaniae sub specie aequitatis, licet falsa interpretatione decretorum, ea in usum de nouo reuocassent, ita, ut hoc intuitu in debitis pecuniariis, quorum initium a creditori eiusue heredibus probari potest, nunquam potuerit casus existere, in quo debitores se potuerint pro b. f. possessoribus gerere, cum primus debitor viue scierit, se iniuste solutionem debiti denegare &c. Quae quidem verba, vti integratissimae veritatisque speciem prae se ferre videntur, digna sunt, vt paulo exactius considerentur.

(r) cit. dissert. §. XXXII. l. Mitem omnino est, complures ICtos, alioquin eximos, tanta oscitatio ne diu hallucinatos esse circa definitam bonam fidem, iure can. ad praescribendum necessariam, cum glossa ad c. XVII, si diligenter. X. de praescript. bonam fidem luculente

explicit, si aliquis credit, tradendum esse dominum, vel habere ius distraheendi, licet erret in facto. etenim in inuestigando sensu verborum glossam proficere, & explicationem, a doctioribus iuris canonici olim profectam, pro vera habendam esse, putamus.

### S. XIX.

*Quod negatur.*

Quac igitur bona fides ad perficiendam praescriptionem extinctuam neque iure ciuili, neque canonico, requiritur, illam tandem ad ius gentium, & ad antiquos Germaniae mores, reducunt, satis persuasi, leges Latii, quantcumque earum fuerit auctoritas, tamquam iniquas, a compluribus, ne dicam

dicam ab omnibus, postpositum iri consensui gentium generatim, speciatim vero antiquae Germanorum fidei cedere debere. Quod ad ius gentium, siue eo nomine conuentiones quarumdam, siue consuetudines plerarumque, intelligas, utroque modo nihil sane constituitur, quod praescriptionem extintiuan infirmet aut impedit; multo magis ea, quae §. VIII. & VIII., adduximus, contraria omnia recidunt longe magis expedita, saltem vero similiora. Praeter ea exemplum celeberrimum interemti iuris, & dissoluti nexus obligatorii, solo temporis lapsu, reperitur in legibus antiquissimis Hebraeorum. (s) Anno enim quinquagesimo omnes possessiones ad pristinos dominos redierunt sine pretio restituto, etiam si centies emtorem mutauerant. (t) Numquis autem, sublato et per remeo omni iure reali, quod in emtorem aut creditorem cum possessione translatum erat, obligationem personalem vterius perstirisse, suspicabitur? Haud iniquis videtur, perdere ius exigendi id, quod olim debebatur, quam pati iacturam rei, emtae certo pretio. Arqui emtor sciuit, imminere sibi necessario iacturam & rei, & pretii, quam ob rem damnum vitare noluit: non magis creditor ignorauit, extinctum iri ius suum silentio tricennali, nihilo minus id temporis spatium labi passus est; itaque non sentit damnum, quod lubens subiicit, quippe illud auertere poterat facilis opera.

(s) Leuitic. XXV. II. & SI GONIVS de republ. Hebr.

(t) Confer. CVNAEVS L. I. cap. Lib. III. cap. XV.

### §. XX.

*Nec contraria est pristinis moribus Germanorum.*

Quodsi ad mores Germaniae vetustos reuertimur, non videtur concludere argumentatio: *in capitularibus regnum franco-*

*rum,*

C 2

rum; & in speculis nihil adnotatum est, de praescriptione debiti pecuniarii; ergo antiqui Germani hanc praescriptionem ignorarunt. Parcus enim & exiguus vsus pecuniae, praesertim ignorantia faciens versuras, prouidentiam innis, ea de causa statuendi, inutilem olim reddidit; ne dicam, ipsum THOMASIVM hunc sibi scrupulum eximere, dum, apud populos, inquit, scriptura non videntes, vel qui (vii Tacitus de Germanis scribit) literarum secreta ignorant, exiguus erit perpetuitatis debitorum pecuniariorum vsus. (u) Qui igitur vsus antiquissimo saeculo, cuius nobis notitia superest, apud Germanos exiguus fuit, idem longo temporis tractu post ea vix magis frequens reddi potuit; quandoquidem ad aeratem Caroli M. clericis prope modum solis concredita erat scribendi peritia, quam tamen ne vernaculo quidem exercuerunt sermone, in omnibus fere latino, aut latino barbaro, videntes, adeo, ut Otfridi, interpretum Tatiani & Isidori, atque Willerami operae dignae paene stupore, conatusque a paucissimis tum imitandi, videantur. Hac ratione fieri non potuit, vt opinio de perpetuitate debitorum pecuniariorum apud Germanos usque eo increbresceret, cum firmissimum perpetuariis sustentaculum testimonio mortui, seu chirographo, contineatur. (x) Ceterum decretum Childeberti, aliquot saeculis antiquius, quod §. IX. citauimus, clare indicat, praescriptionem tricennalem olim iam vsu venisse Francis, magno & potentissimo Germaniae populo. Quare antiquos Germaniae mores a legibus romanis in materia praescriptionis extintiuae discessionem facere, haud arbitramur.

(u) l. c. §. XXIII.

(x) ibid. §. XXII.

§. XXI.

## §. XXI.

*Quod magis comprobatur.*

Licet autem in speculo, & saxonico, & suevico, de praescriptione adquisitus parum, de extintiu nihil, ordinatum sit, reliquum tamen est aliud iuris germanici illustre specimen, iuri provinciali saxonico aequale, in quo utriusque documenta certa & clara produntur. Prouoco ad legum iuticarum codicem, vbi L. I. cap. LI. §. VII. & cap. LVII. §. III. exempla occurunt praescriptionis fundi, & rerum immobilium, cum iure aquae ducenda, trium annorum continua & quies posse fuisse absolutae. Contra praescriptio, actiones personales extinguens, integro anno omnem vim nanciscitur. Non solum obligatio ex pacto, scilicet soluendi debiti, hac ratione interit, sed etiam hereditatis peritio locum non habet amplius, si heres possessorem intra annum non conuenit, L. I. cap. XXIII. poenale pariter actiones ex delicto, veluti rapinae, L. II. c. LVIII. neglectae religionis, L. eod. c. LXXXV. homicidii, L. III. c. XXI. anno statuto perimuntur. Quis autem contenderebat, praescriptionem antiquis Germanis ignorantibus fuisse, vbi tam clarae leges, vetustissimis moribus superstructae, contraria omnia testantur? Deficiens probatio huius praescriptionis causa sane non est; etenim rerum gestarum fides commode habetur testimonii viventium, etiamsi integer annus praeerierit. Lex igitur, communis utilitatis concordiaque causa, & ne fraudi via panderetur diuturnis insidiis, terminum ita praestituit controversis forensibus. Ceterum ad praescriptionem extintiuam in ducatu flesuicensi bona fidei ratio neque umquam olim habita est, neque hodie habetur, solo lapsu temporis, quod mutui extinguendi causa XX. annorum est, omnia efficiente.

C 3

§. XXII.

## §. XXII.

*Bonam fidem non extendimus eo usque, ut mutuum fraude intervertere, aut creditorem opprimere liceat in praescriptio-ne exercenda.*

Reliquum est, ut examinemus, an THOMASIVS & malam fidem iuridicam, & verecundiam pudoremque naturalem praescribenti recte obiecerit, quasi ipsa prauitatis conscientia praescriptioni maxime obesse. Primo quidem de bona aut malae fidei possessione nihil iterum monemus, quod, eam ad hoc praescriptionis genus pertinere, antea negauimus, inque eo ipsum auctorem consentientem habemus; (§. XVIII.) quae vero protinus addit: *primum debitorem utique sciuisse, se iniuste solutionem debiti denegare.* propter eaque eius heredem nullo tempore praescriptione se posse tueri: casum singularem supponunt, cum videlicet, vbi primus debitor ad interuertendum mutuum fraude & fallacia vsus est, aut potentia & vi creditorem cohibuit, ne creditam pecuniam repeteret. Vtrumque verbis: *iniuste solutionem debiti denegare:* significari videtur. Adhuc nihil reprehendimus; etenim dolus malus nemini commodo esse, neque leges iniuriae opitulari debent. Longe aliter se res habet, si quis solutionem debiti aliquamdiu differt, quod bona, immo optima, fide fieri potest. Quorus enim quisque est, quem non premit interdum rei familiaris angustia, qui damna numquam experitur, qui aduerso fortunae conflitu plane non distringitur? Ea omnia, vti soluendi copiam impediunt, ita differendi necessitatem inferunt debitori, & patientiam mouent creditoris, qui, humanitatis memor, dñrum ius exigendi intermittit, & procrastinationem solutionis, si vel claris verbis non adprobat, fieri tamen patitur.

## §. XXIII.

## §. XXIII.

*Qua ratione praescribens toto tempore in bona fide sit, ostenditur.*

Quenan hic mala fides? vbi fraus? quonam in momento iustitia violatur? Supponamus, creditorem impatientem iterum interpellare, iterum promitti solutionem in posterum. Aut moram ille aequo animo non fert, iudicem adit, mutuum extorquet vel magno incommodo debitoris, qui stricto iure condemnatur; aut temporis porro cedit creditor, rigori praferens aequitatem: adhuc ius suum ipsi seruatur integrum, adhuc impeditur praescriptio, debitor autem mutuam pecuniam bona fide amplius retinet, quia creditor, mutato confilio, rursus consentit. Licet enim debitor interpellatus opportuno loco, neque soluens, in mora constitui dicatur; (y) id tamen vulgo haud accidit, nisi creditor interpellando persistit; contra, repetendi debiti instantia omessa, mora nos imputatur. (z) Ipsa mora *magis facti, quam iuris, est*, sed interpellatio, quatenus moram demonstrare debebat, merum factum supponit, & quidem tale, quod durat, donec res perficiatur. (a) Itaque nihil efficit interpellatio, cum remissione iuris sui proxime conexa, neque in mora, neque in mala fide, debitor ea ratione constituitur.

(y) L. 32. pr. de usur. & fruct. *Iusta est.* DONELLVS Comment.

(z) L. cit. §. 1. *Iusta est mora,* *jur. ciu. Libro XVI. cap. II.*  
si eius ratio subest, contra, que *(a) L. 10. §. 6. D. de in rem verso.*  
fit in contemnum creditoris ea in-

## §. XXIII.

*Consensus iurium circa bonam fidem.*

Iure Saxonico antiquo debitori, si mutuum aut commoda-  
tum, quod bona fide acceperat, statuto die non reddiderit,  
nulla

nulla culpa imputatur, modo in iudicio ad reddendum se non obstrinxit. (b) Scilicet Germani olim circa acquirendum rei dominium omne punctum posuerunt in initio possessionis, bona fide & iusto titulo munitae, quod antiquis statutis passim pulchre illustratur. (c) Quam ob rem initium negotii, a bona fide profectum, eo magis sufficere arbitramur, speciatim iure germanico, ad extinguendum ius alterius, quo clarus eo modo res alienae in dominium nostrum transeunt. Verum, ne metuendum quidem in progressu est malae fidei impedimentum, (§. XXIII.) neque iuris canonici ordinatio discessione hic facit, (§. XVII. XVIII.) nisi vim verbis inferre, & diuera-  
fa componere, malis. (\*)

(b) Iur. prou. saxon. L. III. Art. XLIII.

(c) Statut. lubec. P. III. T. II. art. II. & hamburg. L. II. T. II. a. VII.

(\*) Confer ante omnes BOEH-  
MERVM, omnem scrupulum hac  
in re eximentem. Iur. eccles. pro-  
test. L. II. Tit. XXVI. §. LVII. &  
DE WERN HERCIT, Obi. CLXXXIII.  
P. I.

### §. XXV.

*Praescriptio mutui non accidit, nisi culpa creditoris.*

Quae legibus Hebraeorum statuta erat post XXXXVIII. annos dominiorum, quamuis legitime adquisitorum, generalis conuersio, (§. XIX.) parendi necessitatem imposuit, eamque singuli, quantum constat, aequo animo suscepit tollerant, etiamsi neque facto, neque omissione, speciatim opus fuerit ad eam exercendam. Quae autem legibus Latii, & antiquissimis Germanorum moribus, post XXX. annos innititur dissolutio obligationis personalis tanto opere in controverson dederunt, etiamsi is, qui iuris sui iacturam patitur, illud ser-  
vare

uare integrum noluierit. Digna paene admiratione res videatur. Tantaenē molis est, tanto temporis spatio debitorem semel interpellare? ira quidem, ut eius rei probatio non deficit. Forte exigere debitum, aut non exigere, res merae facultatis videtur, quae sine periculo omitti potest. Ita sane foret, si plena libertate naturali viceremur. Postquam autem ea liberas legibus ciuilibus circumscripta quodammodo & restricta est, agere oportet eo tempore, quod leges praescribunt, aut a iure suo se plane abdicare. Evidem haud amplectimur sententiam CAR. FERD. HOMMELII, qui ius exigendi debitum inter res merae facultatis referendum non esse putat, propterea, quod contractu quaesitum sit. (d) Licit enim obligatio soluendi mutuum a contractu oriatur, & cum illa obligatione ius exigendi proxime connectatur; nihilominus exercitium iuris exigendi libero cuiuscumque creditoris arbitrio relatum est, vrrum statim flagitare, an tacere aliquamdiu, malit. Non perdit causam suam is, qui debitori diutius indulget, quam solutionem promiserat, dummodo labi non patiatur terminum, quem lex ad extinguidam obligationem praefinit. Hunc terminum nouit creditor, non minus interitum iuris sui compertum habet eo expleto, neque tamen flagitat, non exigit; idcirco iuri suo renuntiasse censetur.

(d) Rhapsod. quæst. forens. Obs. XXXIII.

### §. XXVI.

*Interpellatio non est res merae facultatis.*

Quam in philosophia morali actionem indifferentem appellamus, ea propemodum in doctrina iuris audit res merae facultatis. Scilicet discrimen constituit lex, vi cuius facta, aut omissioni & negligentiae, certum detrimentum imminet, quod

D

ab

ab utroque diuelli nequit. Neglectam interpellationem vi legis consequitur iactura juris & actionis, quare legis ordinatio illam demum eximit e rebus merae facultatis, cum in contratu vulgo & ordinarie mentio non fiat iuris exigendi. Ceterum paulo ante adfirmauimus, ex omissa interpellatione creditoris praefumi liberationem seu solutionem, id quod eo luculentius ostendit rationem specialem, cur praescriptio mutui chirographarii, licet expresse non adposita, ad legem generalem merito referri debeat. Eiusmodi praesumptionis vis & efficacitas, in casu quidem contrario, similis tamen naturae, occurrit L. 4.C. de non num. pec. Chirographum dedit Bassanus, soluit vsuras, deinde querelam non numeratae pecuniae desert. nimis tarde, postquam vsuras soluerat. Mutuam pecuniam postulat alter, chirographum profert: at vero abhinc XXX. annis nihil flagitatur, vsuras numquam exegit: idcirco liberatio debitori obtigit, qui soluisse censetur, tumque solutionis verbum magis ad substantiam obligationis referrur, quam ad nummorum solutionem. (e) Hac ratione, bonam fidem in termino praescriptionis completo ne quidem desicere, constat. Lege nititur, iure suo viritur is, a quo peritur, iraque iniuriam non facit alteri, qui creditorem simulat. Praeter ea ad praescriptionem longissimi temporis bonam fidem iure ciuili non requiri, quin eam tuto negligi, nouimus; (f) talis autem sine dubio est XXX. annorum, ad quam perficiendum iure praesertim germanico bona fides necessaria aequem non haberur. (g) Sola scientia aeris alieni malam fidem non efficit, sed factum requiritur, fraudem clarius demonstrans. (gg)

## §. XXVII.

(e) L. 54. D. de solut. & liberat. 183, & P. III. O. 94. MENCKE  
(f) DE WERNHER P. I. Obs. Pand. L. XLIII. T. III. §. XVI. DE

LEYSER ad Pand. Spec. CCCCXX.

m. I. praeiudicata alia exhibet HOM-  
MELIVS Rhaps. Obs. CCVIII.(g) HEINECCIVS Elem. iur.  
germ. LII. §. CVI, CVIII,ESTOR Rechtsgesahrth. der  
Deutschen P. II. S. 2876.(gg) Conf. FRANZKIVS L. III,  
Refol. XIII. n. 18. ANTON. FABER,  
in Cod. L. VII. Tit. XIII, def. XII,

## §. XXVII.

*Ad impedientiam praescriptionem mutui interpellatio priuata sufficit.*

Vtrum priuata interpellatio sufficiat ad impedientiam praescriptionem pecuniae mutuae, an iudiciali praecise opus sit, dubium forte videri poterat. Id saltem certum habemus, eiusmodi causa semel in judicium deducta, etiam si lis non finita, sed intermissa fuerit, praescriptionem interrumpi. Contra, denuntiatione simplici, priuataque protestatione non statim excludi bonam fidem, docet DE LEYSER, (h) nisi simul argumenta conuincientia seu demonstrantia adferantur; deinde pignoratione non interrumpi praescriptionem, constar, nisi legitime facta, & pignus in judicium deductum sit. (i) Concludendum ideo videtur, non sufficere interpellationem, nisi iudicialis fuerit, ad ius suum contra praescriptionem tuendum. Ea quidem omnia ita se habent, vbi de acquirendo dominio rei possessae agitur. Ibi quaelibet denunciatio priuata, argumentis certis, saltem maxime verosimilibus, destituta, rancrum efficere nequit, vt, rei alienae scientia quasi imbuti, possessionem statim mittere, & a iure nostro abstineret debeamus. Eadem ratio est pignorationis, priuata auctoritate susceptae, quippe quae, possessione nihilo minus continuata, inanis atque irrita redditur, quin post longum tempus plerumque implicatur ancipiiti controuersia. At enim vero plane diuersa est conditio praescriptionis extintiuae, in primis si de muto

D 2

chiro-

chirographario agitur. Hic numquam deficit probatio debiti olim contracti, namque id demonstrat chirographum. Dies, si solutioni praefinitus est, terminum indicat, a quo incipi debet praescriptio, creditore & sortem, & vsuras, integris XXX. annis, numquam exigente. Contra ea remissio praefumi nequit, postulata pecunia, aut expensis usuris; utroque modo debitum perpetuatur, plane exclusa praescriptione. Bonae fidei probatione opus non est, quin illa potius, quanta in hanc causam cadit, ab initio mutui accepti luculente adparet, & praesto est, (§. XVII.) neque deest labente tempore, (§. XXIII.) ipsa denique praescriptionis exceptio bona fide firmatur. (§. XXVI.) Mala autem fides praescribenti tum demum recte imputatur, cum interpellationem impediuit, aut factam negauit. (§. XXII.) Idcirco priuata interpellatione praescriptio nem mutui chirographarii utique interruppi, putamus. (k)

(b) Spec. CCCCLV. med. III. ZANGER, dc except. Lib. III. c. X.

(i) Spec. CCCCLXIV. med. VI. n. 108. BOEHMEN To. III. P. II. STRYK. diff. de iure pignorandi.

(k) Conf. GE. AD. STRVVI. Consult. CXVI. n. 4. DE WERNHER. P. III. Obs. CLXIV. DE LYNCKER Refol. CLXXXVII.

§. LXVII. & Ex. XLIII. §. XXVIII.

### §. XXVIII.

*Ceterum quaestio de bona fide contra exceptionem praescriptio-  
nis locum non habet.*

Ita autem, omissa omni interpellatione, solo temporis lapsu mutui chirographarii praescriptio absolutur. (\*) Nec locum habere potest causa deficientis bonae fidei. Namque exceptio praescriptionis actionem perentis creditoris ipso iure tollit, & ex eorum numero est, quae litis ingressum impedire dicuntur. (\*\*) Quam ob rem sola nudaque recte opponitur, omni

omni litis contestatione plane neglecta; id quod iure canonico  
aeque permisum est c. 1. & 2. de lit. contest. in 6. Debitor  
igitur qui olim fuit, iam vero praescriptione liberatus est, adi-  
gi nequit, vt ad actionem inanem & extinctam respondeat,  
multo minus cogi potest, vt chirographum, propriamque  
scripturam, agnoscat, quippe qui sola praescriptione nititur,  
eaque actionem plane submouet. Quod si forte ante terminum  
elapsum vel priuatim interpellatus fuerit, idque temere  
negauerit, tum demum in mala fide constituitur, calumniam  
praetexendo. Hoc casu solo questionem bonae aut malae fi-  
dei in eiusmodi litem incidere putamus.

(\*) Vide de hac materia in pri- (\*) L. 3. C. de praefer. XXX.  
mis HENR. BODINI disseriat. de vel XXXX. an. ZANGER cit. L. & C.  
praescriptione ex solo temporis lapsu principia.

### §. XXIX.

*Status imperii exceptionem praescriptionis sibi inuicem iure opponunt.*

Quod status imperii, si post integra saecula debita pecu-  
niaria a constatibus coram Camera repertere velint, timere  
non debeant exceptionem praescriptionis, de eo valde dubito.  
Tuti quidem inter se sunt principes, absoluta potestate in  
omnibus vestiti, ab exceptionibus iuris ciuilis, si negotia sua  
ad formam illius iuris adcommodari nolust. Hi vero non  
subsunt decisioni cuiusdam tribunalis aut iudicis. Dant, repe-  
tunt, postulant, iura exercent armis, causasque & controuer-  
sias gladio dirimunt, quia alias, quam naturae, leges inter  
se non obseruant. Contra qui supremum iudicem adeunt,  
noverunt ordinationes, ab ipsis olim adprobatas. (m) Quare  
eo minus anceps est quaestio: an principi creditor, aut a

D 3

prin-

principe debitore, opponi possit exceptio praescriptionis ea casu, vbi pecuniam mutuam cuius aut dedit, aut a ciue accepit? Ius romanum, tamquam commune, quod ad pacta & contractus attinet, inter Germaniae Principes valere, expeditum est, etiam si principes, ut tales, contrahant. (n) Si vero contractus mutui inter principem & priuatum intercedit, tum uterque, tamquam priuatus, aequo obligatur secundum leges aut prouinciales & speciales, aut communes. Datur chirographum, a forma consueta haud alienum, accedit patrum usurarum, cautiones, quae vulgo obseruari solent, adscribuntur, adeoque totum negotium a causa ciuium priuatorum non distinctum est, licet maiestas a principis persona aliqui nequeat separari. Quid igitur impedit, quo minus uterque omnibus iuriis beneficiis aequa lance fruatur, cum ad easdem leges adstricetus sit?

- (l) Quod THOMASIVS adfir- P. III. T. LIV. Rec. I. nou. §. 105.  
mare conatur c. d. §. XXXIV. (n) PVTTER. Iur. prin. princ.  
(m) Ord. Cam. Imper. de 1495. Lib. II. Cap. III. §. 86.  
§. I. de 1555. P. I. Tit. LVII. &

### §. XXX.

*Exceptio praescriptionis & a principe, & contra principem,  
recte opponitur.*

Perniciosa adsentationem LEYSERVUS adpellat opinionem eorum, qui statuunt, res fiscales aut patrimoniales principum praescriptioni obnoxias non esse, cum eo iure principes contra priuatos frequenter utrantur. (o) Si se & sua bona ex legum nexu & obligatione eximere, principem non decer, praesertim eo casu, vbi secundum leges contraxit, manifestum est, actionem personalem, a principe contra priuatum non

non motam, lapsu temporis statuti interire, hunc vero ab obligatione liberari. Ut vicissim princeps pari ratione liberetur, necesse est, etenim eadem iura contra se admittre debet unusquisque, quae ipse exercet publica legum auctoritate. Magna quidem & insignis occurrit disparilas partium, quae tamen eo usque non processit adhuc, ut principes legibus, a se latis aut adprobatis, stare & iudicari nolint. Contrariam sententiam fouet IO. HENR. DE BERGER, scilicet, *in nomine principis passio adversus creditorem minus currere praescriptionem.* (p) Rationes, quibus eam opinionem fulcire nititur, sunt reuerentia, principi debita, & conueniendi difficultas, quia princeps iudicialiter commode interpellari nequit. Quae cum specie aequitatis quidem non destituuntur, a iure tamen communis logius recedunt, propter eaque facile admittenda non sunt; quin potius omni iuri contradicit, creditorum iura contra principem aeterna & numquam intermititura praedicare. Non laedit reuerentiam modesta persecutio iuris sui, neque tantam reuerentiam animis ciuium subiectorum infixam deprehendimus, ut facultatum suarum iacturam pati, quam debita a principe repetere, malint. Alterum argumentum, quod princeps iudicaliter commode interpellari nequit, pari infirmitate laborat. Iudicia, quibus principes Germaniae conueniantur in eiusmodi causis, actione contra cameram seu fiducum directa, aut ab ipsis constituta, notaque sunt titulo collegiorum iustitiae, aut in summis imperii tribunalibus patent. Ceterum BERGERO olim huius rei causa abunde iam respondit CAR. OTTO RECHENBERG, (q) quare breuitati eo magis indulgemus.

(o) Ad Pand. Spec. CCCCLVIII.  
med. I.

(p) Oecon. iur. L. II. Tit. II.  
§. XXV. n. 6.

(q) Programmate, quo IO.  
FRID. SCHREITERI solemnia inauguralia indixit. Lipsiæ 1720.  
§. XXXI.

## §. XXXI.

*Praescriptio principis debitoris commode interrumpi potest.*

Verum enim vero euenire poterat, vt princeps seuerior ciuibus metum incuteret, aut ciuis, intempestiu formidine motus, interpellationem iudicalem omitteret, ideoque iure suo caderet, quia non contestatus erat secundum legem, vti Nou. CXIX. c. VII. ordinatur: numquid humanitati idcirco concedendum, & principi praescriptio deneganda videatur? Non putamus, quia priuata interpellatione praescriptio nem impediti statuimus, §. XXVII. etiam si merae supplicatiois habitu vestita fuerit. DE BERGER adeo simplici protestationi effectum interrumpendi praescriptionem ipse adsignat; (r) quin sola murmuratio aliquando sufficit ad conseruandum ius suum, vbi sine periculo palam reclamare non licet. (s) Vtique, tam protestatio, quam murmuratio, dissensum clare demonstrat, eoque impedit, ne iuri exigendi renuntiasse, debitu remisisse creditor censeatur, propter eaque mutui iatura ob culpam multetur. Id saltem animaduertimus, illa remedia olim adhibita, vbi opus fuerit, probari debere. Quae principia iuri ciuili neutiquam aduersantur, sed luculente congruunt per dispositionem L. 2. C. de annal. except.

(r) Oec. iur. L. & Tit. cit. §. (s) HARPRECHT Conf. XXX. n. 129. KLOCK. Tomoli. Conf. I. n. 32.

## §. XXXII.

*Interpellationi priuatae moribus nostris effectus interrumpendi tribuitur.*

Et hoc iure in ducatu holstatio vtimur, solo quidem vsu, rigorem legis temperante. Etenim lex interpellationem iudicalem claris verbis desiderat, vt praescriptio rite interrumperatur.

patur. Mercatoris debitis, & quae cum insititoribus & tabernariis contracta sunt, X. annis olim inter praesentes extinguidis, (t) triennio hodie praescribitur, nisi in iudicium deducta fuerint. (u) Ab hoc, singulari quidem, praescriptionis genere ad reliqua argumentari, & concludere licebit: omnem, atque adeo mutui chirographarii, praescriptionem, si legitime procedere debet, interpellationem iudicialem necessario requirere. Verum famen praxis judiciorum, aequitatis, quantum illa quidem cum iustitia conciliari potest, studiosa, interpellationem priuatam, rite factam, admittit, eaque ius creditoris, alioquin interitorum, de novo quasi instaurari, statuit. Quam ob rem firmiter nobis persuademus, ipsum principem praescriptionis exceptione se numquam defensurum esse contra creditorem, qui vel yno verbo debiti illum prius admonuerit, quam tempus lege definitum penitus effluxerat.

(t) Constitut. de clescvii.

(u) Ord. iud. prouinc. P. III,  
Tit. XIX. §. 7.

§. XXXIII.

*Ipse, qui aet alienum primus contraxit, princeps praescriptione raro utitur.*

Praescribendi ius principi vindicauimus, §. XXX. licet raro euenire ipsi videatur occasio eius exercendi, qui debitum primus contraxit. Namque creditores, siue subjecti sint, siue peregrini, tantum temporis spatium præterlabi vel reuerentia, vel segnitia, vulgo non patiuntur, vt creditam pecuniam eam ob causam perdant. Quo minus princeps debitor ita commode excutitur, vti priuatus, eo magis creditores sibi prospicere, magisque securitati suae studere solent. Quam ob rem eiusmodi debita obsoleta, interdum ob-

E

litioni

liuioni dudum tradita; quibus omni iure prae scriptio obiicitur, plerumque a successore, haud raro ne a proximo quidem, sed a remoto re, demum repertuntur. Ne vero debita antiqua, etiam si medium saeculum superent, aut integrum vetustate exaequent, omnia sine discriminre reprobare, &c, tamquam inanes titulos, reiicere videamur: deliberato discernimus ea nomina, quorum memoria tempestiu*a* interpellatione, & iterata saepius agnitione, a prima origine assidue conservata est.

## §. XXXIV.

*An successor obligetur ad soluenda debita antecessoris?*

Breuius & facilius res expediri poterat, si principem successorem ab obligatione soluendi aeris alieni, a defuncto contracti, plane libereamus. Haec opinio ICtis, qui principum iura defendere professi sunt, recentiore aetate generatim fere placuit, neque fundamento destituitur; periculosa tamen est, si ad omne debitorum genus pari modo adcommodatur. etenim in adsentationem interdum degenerat. Vix alius titulus iuris romani maiori plausu in Germania exceptus, maiorique studio excultus est, quam fideicommissorum familiae. Eo enim prohibita olim alienatio & diminutio patrimonii aut nouam quasi formam induere, & arbitrium, de modo aliquatenus statuendi, relictum esse videbatur. Quae igitur ratio tam ex iure patrio, quam e romano, depromta successorem principem liberare poterat ab obligatione soluendi debita defunctorum antecessoris, illa nostris praecipue congruere debebat. Non negamus discrimin*a* aeris alieni, quatenus illud a defuncto male consumptum, aut in emolumentum principis successoris, seu in rem status publici versum est, neque contradicimus ICtis egregiis, plenam liberationem ab illius obligatione successori

vin-

vindicantibus, (x) denique largimur, leges fideicommissi omnibus aequae attribui non posse, propter eaque de omnibus eadem statuenda non esse. At enim vero id habemus exper- tum, eiusmodi principia summis imperii tribunalibus ita non probari, ut absolutionem certam generatim efficiant, vbi princeps successor a creditoribus antecessoris conuenitur, etiam si fideicommissum in stirpe constitutum contradictionem plane non admitteret. (y)

(x) Plerorumque nomina recen-  
sen ic. Rechtens sey. Weßlar,  
set HERM. FRID. KAHREL in den  
Gedanken, was wegen Zah- 1753. §. 37.  
lung der Schulden des Vor-  
fahren bei einem Reichsfür-  
sahen.

(y) Cuiusmodi illud est, quod  
exhibetur in der europ. Staats-  
Canzlei XI. Th. p. 28, seqq.

## §. XXXV.

*Praescriptio completa iustam liberationem efficit.*

Vt eadem principi, exceptionem praescriptionis obici-  
enti, eueniant, nimirum, vt ancipiti litis euentu distrahat-  
metuendum non est. Sunt primo leges Latii, quae securita-  
tem praestant; si quidem illae magna auctoritate pollent, vbi  
mores patrii non repugnant. His deinde accedunt consuetu-  
dines Germanorum, vim legum dudum saeculae, quibus iusta  
liberatio ab inani obsoleroque nomine confirmatur. Quodsi  
autem iuris canonici religio superstitionis eius cultorem mo-  
nere nihil minus poterat, vt bonam malamue fidem pertina-  
cier ubique intruderet, eum ante omnia monemus, vt fidem  
non solum illius, a quo petitur, sed alterius etiam, qui petit,  
aequo animo vrimque perpendat. Interpellare debitorem  
aliquis potest bona fide, mala autem alias creditor integris  
XXX. annis tacere, si elapsso hoc tempore nummos demum

E 2 repe-

repetere satagit. A dolo enim abesse non videtur, qui, licet debiti memor sit, tanto interuallo non monet, non computat, non exigit, neque vias flagitat. Meminisse eum sane oportet, qui ius extinctum olim planeque oblitum tandem aliquando suscitare de novo nititur, & chirographo, tamdiu clam & insidiose custodito, ubi bonum visum fuerit, male causam suam superstruit.

## §. XXXVI.

*Insidiae quorundam creditorum ex occasione.*

Eiusmodi insidiae principi saepius struuntur, quandoquidem ipsa rerum curatio & administratio callidos captatores ad fallacias adlicere videtur. Namque negotiis omnibus ipsi principes non sufficiunt, in primis tributorum exactiōnē, aerariique dispensationē, pluribus committere debent. Incidunt in praefectos tam soleres, quam negligentes & ignavos, pari fato; ea vicissitudo in se iustum ordinē rationum & nominum quodammodo perturbare poterat, re vera haud raro confundit. Quid accidere putas, inutatis reipubl. gubernaculis, praesertim, vbi impubes aut minor decedentem sequitur? Plura in praesenti commemorare non est animus. Inter ea principi non deest occasio, nec deficit facultas, qua creditori egenti succurrat, si vel parata pecunia integrum nomen non tollit: soluitur pars, adsignantur reditus, dantur beneficia, munera conseruntur, emphyteusis constituitur, ut his omnibus creditori satisfiat. Hic quidem in solutum accipit, quae contingere potest, at nomen tamen non expungit, nec chirographum reddit. Ceterum non interpellat, quoad rerum gestarum memoria succurrit, qua demum extincta, id quod sero quandoque accidit, lucrum, quasi omnium ignarus, strenue aucupatur, saltem heredi spem praede relinquit.

## §. XXXVII.

## §. XXVII.

*Praescriptio actionum personalium aequitati maxime congruit.*

Diuturnitate temporis facta propria dubitationibus plerumque inuoluuntur, quin memoria interdum plane excidunt, idcirco ignorantia eorum verosimilis redditur. Anni XXX. continui in materia iuris longissimum tempus audiunt, aequum igitur iustumque videtur, tanti temporis silentio omnem actionem personalem interire. Debita speciatim antiqua, de quibus olim tractatum, & quorum rationes dudum verosimiliter deductae, si a proxime defuncto, quamdiu vixit, desiderata non sunt, tacite remissa & extincta censentur, (z) adeo, ut eorum ne compensatio quidem admittatur. Quibus omnibus certe id efficitur, ut heredi creditoris multo magis facilisque, ob praefumtam remissionem, aut factam olim solutionem, plena liberatio tribuatur. (a) Quae cum ratione naturali praesertim nitantur, iam eo clarius evincitur: legem positivam (b) circa praescriptionem actionum personalium solum terminum praeципue adjecisse, ut hac ratione ius naturae ad concordiam ciuium adcommodeetur.

(z) L. 26. D. de prob. & praef. (b) L. 3. C. de praescr. XXX.

(a) DE LYNCKER Decis. vel XXXX. a.  
MCXCIV. &c. quem citat, COLER.  
ad c. quoniam. X. de praescript.

## §. XXXVIII.

*Principi successoris singularis fauor circa praescriptionem  
tribuendus videtur.*

Non diuersam, sed plane eamdem rationem omnia produnt, si de successore principe agitur, cuius antecessor ob aes alienum numquam interpellatus est. Creditor enim, qui bona fide & deliberato proposito tamdui tacuit, debitum remisere

fisse utique censetur, in primis, si terminus, praescriptioni praeinitius, ipso debitore adhuc superstite, iam praeterit. etenim tum consensit, ut omne ius, quod antea habuit, prorsus extingueretur. Talem in cohorte vix unum reperiri, opinamur. Singulare, immo ridiculum, foret, id, quod defuncto remissum erat, de novo flagitare ab eius successore, quocum nullum intercessit negotium. Non minus legibus positivis repugnaret, si quidem omnia iura, omnes obligationes, a defuncto in heredem deuoluuntur. Quam ob rem creditor, qui ius suum ex obligatione defuncti contra heredem prosequitur, illius liberationem in persona successoris aequa ratam habere, debet. Contra is, qui subdole dissimulauit, donec tempus agendo idoneum aestimaret, fraudis reus, & ob fraudem poena adficiendus est. Cur astutiae & circumventionibus inhaniuum principes, praefertim impuberis & minores, commode implicentur, §. XXXVI. indicauimus. At enim vero leges ciuiles, aeternarum litium progeniem abhorrentes, improbarum artium probationem non exigere, quam fraudis lucrum permittere, malunt. Quia propter iura praescriptionis extinctuae, scilicet quod ad actiones personales attinet, simplici temporis continui lapsu incluserunt, bonam fidem debitoris ex patientia & taciturnitate creditoris plane supponendo, adeo, ut beneficium restitutionis in integrum creditor i ne ob ignorantiam quidem concedant. Ea omnia cum debitori ipsi large indulgentur, etiamsi scientia aeris alieni imbutus sit, quoniam arguento, aut quo demum iuris colore, eius heredi aut successori, praeteritarum rerum ignaro, deneganda forent?

**ULB Halle**  
001 601 61X

3



TA-20C



DE  
**R A E S C R I P T I O**  
M V T V I . C H I R O G R A P H A R

D I S S E R T A T I O N E M . A C A D E M I C A  
VI. C O N S T I T U T I O N I S

**D. F R I D E R I C I**  
E D I T A M

D E F E N D E N T  
**D. G V I L I E L M. G A D E N**  
I. V. E T P H. D. P. P. O.

E T  
**O T T O , F L O R.** K I L I E N S I S  
I V R , C A N D.  
A D . D. X X V , N O V . C I C I C C I X .

K I L I A E  
L I T T E R I S V I D V A E E. G O T T F R. B A R T S C H I  
A C A D E M. T Y P O G R.

